Homo debet eſſe medius ad ſomnum ⁊ vigiliam non decli-
nando ad alterum

Autoritates libri de longitudine et breuitate vite

Gentes que ſunt in calidis regionibꝰ ſunt longioris vi-
te q̃ que ſunt in frigidis.

Corruptis animalibus corrumpuntur ſcientie ⁊ ſanitates q̄
in eis ſunt

Quicquid corrumpitur a ſuo contrario corrumpitur

Id qđ in ſe eſt corruptibile in nullo alio loco eſt corruptibile.

Impoſſibile eſt habenti materiam non exiſtere in ꝯtrarium.

Minor flāma conſumitur a maiori per accidens. quia alimē-
tum quod illa conſumit multo tempore. hoc multa flamma
ꝯſumit paruo tempore

Locus ꝯtinens rem: vel operatur ad generationē vel ad cō-
ſeruationem rei: vel ꝯtraria rei operatur.

Inter animalia longiſſime vite ſunt ceruus ⁊ coruus

Uita animalis fit per calidum et humidum

Senectus frigida eſt et ſicca

Animalia multum coeuntia multum ſeneſcunt. quia ſperma
qđ eſt ſuperfluum nutrimenti emiſſum exiccat. ⁊ propter hoc
mulus longioris eſt vite q̃ aſinus vel equus ex quibus gene-
ratur: quia ipſe non generat

Maſculi ſi coitum non faciūt naturaliter ſunt longioris vite
q̃ femelle. quia maſculus calidior eſt q̃ femella. ſed ſi maſculi
multum coiunt breuioris ſunt vite femellis.

Labor exſiccat ⁊ ſenectutem inducit

Unde multum laborantes magis ſeneſcunt

¶ Cōmentator ¶ Complexio iuuenum eſt calida ⁊ humi-
da. ſenum vero eſt frigida ⁊ ſicca

Qui multum coeunt parum viuunt

Caſtrati plus viuūt q̃ nō caſtrati ꝓpter paucitatem coitus.

Propter paucitatem coitus viuit plus mulus q̃ equus vel
aſinus et femelle q̃ maſculi

Qui habitant in regionibꝰ calidis ⁊ humidis longioris ſunt
vite per accidens propter paucitatem putrefactionis

Sequuntur autoritates libri de ſenectute et iuuētute.

Cor primo fit in animali. vnde cor p͡rmũ est viuens ⁊ vltimũ moriens
Principium ſenſus eſt in corde
Locus medius eſt locus principalis
Natura ſemꝑ ex poſſibilibus facit qđ optimum eſt.
Cor eſt principium caloris naturalis ⁊ vite animalis Vñ deſtructo cordis calore deſtruit̃ ⁊ animal.
Vita conſeruatur per calidum.
Jeiunia calefactoria ſitim faciunt

Sequũtur auto. libri de reſpiratione ⁊ inſpiratõe.

Quecũqȝ aĩalia hñt pulmonem illa reſpirant
Piſces nõ reſpirant ꝑ aeris attractõem ſed refrigerium cordis fit ipſis ab aqua quã recipiũt ꝑ brancias
Jdem eſt principiũ ſanguinis ⁊ venaꝝ ſcȝ cor
Reſpiratio fit in aĩali ad refrigerandũ cor ⁊ loca vicina cordi. vñ q̃ magis calida ſunt magis indigent reſpiratione
Vnũ organũ tm̃ eſt neceſſariũ ad vnum opus.
Naturam nihil videmus facere fruſtra
Homo hȝ pulmonem multum ſanguineum ⁊ calidum
Vnũquodqȝ maxime ꝯſeruat̃ loco ⁊ tꝑe ſibi ꝯnaturali. atvero in contrario corrumpitur

Sequũtur auto. libri de morte ⁊ vita

Mors ⁊ vita ſunt ꝯmunia omnibus animalibus
Mors ſenum eſt ſine dolore ⁊ triſtitia. q2 nullo dolore eis cõtingente moriuntur
Vita eſt manſio anime in corpore
Animalia reſpirantia ſuffocant̃ vel moriunt̃ in humido
Sanguis prius fit in corde: q2 nõdũ diſtinctis venis ſȝ ſolo corde generato videt̃ animal habere ſanguinem
Cor ſemper mouetur ⁊ vene ſemper mouentur. quia omnes vene ſunt a corde
Aeris ingreſſus in pectus animalis vocatur inſpiratio: exitus autem reſpiratio
Calor cordis humidi qui eſt in ipſo tumeſcere faciens ⁊ ebullire: facit pulſum cordis
Pulmo habet ſe circa cor ſicut follis